demnatur ⁊ punit in ſchala cuꝫ pergameno in fronte in quo ſunt peccata picta. O ⁊ quãta mala/occulta diſcooperient. multi ⁊ multe q̃ modo reputant bone pſone qñ tunc videbunt ⁊ dicetur quis eſt ille ⁊ nõ ẽ ille talis religioſus. O de traditore ypocrita. Idẽ de clericis ⁊ laicis ⁊ mulierib⁹. Sed ſi verenda peccatoꝝ cooperiant h cũ cauda penitẽtie. tũc nõ apparebũt in ꝯfuſio/nẽ nec in verecũdiã veſtrã. Et nota hic exẽpluꝫ de ſentifero cõfeſſo in ſtabulo. qui cooperit peccata ſua cũ confeſſione intelligatis. ⁊ cuꝫ caudã penitentie. Nam taliter cooperuit peccatum ꝙ diabolus nõ recordabat. ⁊ nõ ẽ mirũ ſi diabolo ſunt in obliuione. qꝛ etiã ab ipo deo obliuiſcuntur. Autoritas. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis ſuis que operat⁹ ẽ ⁊ cuſtodierit oĩa precepta mea ⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iuſticiam vita viuet ⁊ nõ morietur. omniũ iniquitatum eius quas operatus eſt nõ recordabor ſupple ad puniendũ. Ezech. xviij. Iõ dicit dauid i ps. xxx. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates ⁊ quoꝝ tecta ſunt peccata. ſ. cauda penitentie. Capra autem que totum oſtendit ſignificat perſonam inuerecundam diffamatã. qꝛ oĩs ſciunt ſuam malam vitam ⁊ peccata. vt ſunt mali clerici ⁊ alij notorij concubinarij. nec volunt ea cooperire cum cauda penitentie. ſunt enim impenitentes. Ideo faciamus penitentiam. Ecce ergo q̃re dicit thema. Statuet oues/a dextris. Deo gratias.

¶ Feria ſecũda poſt dñicã Inuocauit Ser. ij.

IBunt hi i ſupplicium eternum. iuſti autẽ in vitã eternam. Matt. xxv. Sermo noſter erit de ſancto euangelio qđ loquitur de iudicio generali. Sed primo ſalutetur virgo maria. Ibũt hij ſcꝫ mali in ſupplicium eternum. iuſti autem in vitam/eternam. Eſt hic queſtio pro introductiõe materie predicande. propter quid oportet eſſe iudicium in fine mundi. cum iam ſancte anime habeant retributionem eterne glorie in celo ⁊ mali in inferno. qꝛ dicit ſcriptura. Statutum eſt omnibus hominib⁹ ſemel mori q̃tum ad corpus. ⁊ poſt hoc iudiciũ q̃tum ad animam imortalem. Heb. ix. Ad quid ergo erit aliud iudiciũ Reſponſio ꝙ tota rõ illius finalis iudicij ⁊ generalis erit ad oſtendendum iuſticiam ⁊ equitatem iuſti iudicis. qui nõ ſolũ in ſuo iudicio vult facere equitatem ſed etiam cõformitateꝫ. qꝛ ſm modũ per quẽ facta ſunt vera opera boni habebũt retributionẽ ⁊ ſm modũ p quẽ facta ſũt mala opa mali habebũt punitionẽ. Auto. ps. lxj. Semel locut⁹ ẽ de⁹ duo hec audiui qꝛ ptãs dei eſt ⁊ tibi dñe miſcdia. qꝛ tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Nota ptãs dei. ſ. ad puniẽdũ q̃ſcũqꝫ ſiue magnos ſiue puos. Et tibi dñe mia. ſ. ad remunerandũ bonos. qꝛ tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Mõ videam⁹ qualiter fiũt bona opa ſiue mala ⁊ ſic videbim⁹ rõnem iudicij generaľ. Bona ſiue mala pmo fiũt ab aĩa cogitãdo. deliberando. ordinando. Deinde in executiõe corpus aſſociat aĩe ad faciẽdũ opus bonũ ſiue malũ. Iõ aĩa prius meret vel demeret. verbi grã. In quolibet ſtatu de bonis opibus. deinde de malis practice. Iõ ꝯformitas diuine iuſticie pmo dat retributionẽ aĩe. verbi grã. Ubi ſũt aĩe ſanctoꝝ. Rñdeo ſunt i gľia. h̃ꝫ corpora remanẽt adhuc corrupta. Sꝫ in iudicio generali ſuſcitabuntur corpora vt ſimul cũ aĩa habeãt gloriam Iõ dicit. tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Idẽ p oĩa dicat de malis opibus. De his omnibus Auctas. Oẽs nos manifeſtari oportet. ſ. ex dicta rõne. ante tribunal xpi vt referat. i. reportet vnuſq̃ſqꝫ propria corporis non dicit aĩe ſed corporis ſimul cũ aĩa. put geſſit ſiue bonũ ſiue malum. ij. Corinth. v. Quoniã boni iudices nõ ſolum puniunt latronẽ vel homicidam ſed etiam illum qui ipſum aſſociauit. Patet rõ iudicij generalis. cuius concluſio eſt thema. Ibũt hij ⁊c̃. De illo iudicio euãgeliũ hodiernum ponit tria puncta. ſ. ordinatio iudicialis. diffinitio ſententialis. executio perpetualis. De iſto dič thema Ibũt hij ⁊c̃. Dico primũ qđ erit in iudicio. erit ordinatio iudicialis. qꝛ que a domino ſunt ordinata ſunt. Ro. xiij. De iſta ordinatione dič euãgelium. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua ⁊c̃. vſqꝫ ad hedos/a ſiniſtris. Uide đ hoc in precedenti ſermone in primo aduentu quando venit pro redemptione nõ venit in maieſtate ſed in humilitate ⁊ paupertate. propter hoc iudei nolebant ipſum recipere. imo quãdo beatus Johannes ipſum oſtendit dicit. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mundi. Johis. j. dixerunt. nolumus hũc regnare ſup nos. Unde de tota illa multitudine nõ niſi duo ſecuti ſunt chriſtum. ſcꝫ beatus Andreas ⁊ quidam alius. Iõ Bſa. In humilitate iudiciũ eius ſublatuꝫ. ẽ ſed quãdo veniet ad iudicium cum tanta maieſtate ⁊c̃. ¶ Nota errorẽ dicentiuꝫ ꝙ tunc virgo Maria orabit pro peccatoribus. qꝛ immo erit coniudex cum filio ſedens ⁊c̃. omnes apoſtoli. et de illa vita apoſtolica vt dicit glo. ſuper illud. Ecce reliquimus omnia. Matthei. xix. ¶ Tunc oues id eſt boni erũt ad dexteram. Ratio. propter tres ꝯditiones q̃s habuerũt ad inſtar ouiuꝫ que ſunt ſcilicet. miſericordia. obediẽtia. penitẽtia. Uide in precedenti ſermone. Secũdum qđ erit in iudicio erit diffinitio ſententialis. Hic practice quomodo chriſtus iudicabit propria

autoritate. Et licet nō indigeat conſilio matris nec apoſtolorum volens ipſos honorare. dicet xp̄s matri q̄ ſedebit ad dexterā eius iuxta figuram. iij. Regū. ij. Poſit⁹ ē thron⁹ matri regis q̄ ſedit ad dexterā eius. Mat mea q̄d videt̄ vobis. quid debeā facere his q̄ ſunt ad dextrā. Dicunt aliq̄ ꝙ hec locutio erit mentalis ⁊c̄. Sꝫ oportet ꝙ ego dicā vobis vocalit̄. Rn̄det virgo maria. Fili mi. videt̄ mihi exquo iſti nō vixerūt iuxta ſuā inclinationē ſ; iuxta vr̄am ordinationeꝫ nec ſm̄ ſuos ſenſus. ſ; iuxta vr̄as monitiōes. iō videt̄ mihi ꝙ debeant hic eē nobiſcum in gl̄ia. Idē dicēt ap̄li. Tūc xp̄s vt iudex impatiue dicet leta facie. Uenite bn̄dicti p̄ris mei poſſidete paratū vobis regnū a ꝯſtitutione mūdi. Mat. xxv. Tūc boni ꝓſtrati dicēt. Gloria tibi dn̄e ⁊c̄ Tunc virtute gl̄ie aſcēdēt ī altū. Auctoritas. j. Theſſal. iiij. Hoc eni vobis dicim⁹ in verbo domini. q̄ꝛ nos q̄ viuimus ſimul rapiemur cū illis obuiā xp̄o in aera. ⁊ ſic ſemꝑ cū dn̄o erim⁹. Deinde dabit ſn̄iam ꝯtra malos de cōſilio matris ⁊ apoſtoloꝝ dicēs. Et ego vt iudex vniuerſalis ⁊ dn̄s diffinitiue ⁊ irreuocabiliter dico vt fiat ſicut dicitis. Tunc dicet. Diſcedite a me maledicti ⁊c̄. vbi ſunt ſeptē clauſule. Prima Diſcedite Tūc illi maledicti faciant planctum. Hiere. xx. Maledicta dies in qua natus ſū. dies in q̄ peperit me mater mea non ſit bn̄dicta. maledictus vir qui annūciauit p̄ri meo di. natus ē tibi puer ⁊ quaſi gaudio letificauit eū. ¶ Tertiū erit executio perpetualis q̄ ſtatim fiet. nō ſicut ī mundo de aliquibus ſententijs q̄ nūq̄ȝ executioni mādāt̄ Nota quō in excutione eſt ordo ꝯtrarius diffinitioni ſententiali. Nā̄ primo fiet executio de malis. q̄ꝛ dicit thema. Ibūt in ſuppliciū eternū Hic quō xp̄s clamabit. Inferne aperi os tuum ⁊ deglutire impios iſtos. Tūc terra ſe aperiet ⁊ abſorbebit omnes malos. Iuxta illud Matt. xiij. In tēpore meſſis dicā meſſoribus. Colligite primū zizania ⁊ alligate ea in faſticulos ad cōburendum. ¶ Nota practice quō fiunt faſciculi. Nā̄ ſicut fuerūt hic ſilēs in culpa ſic erunt ſilēs in pena. Un⁹ faſciculus fiet de malis dn̄is tēporalibus ⁊c̄. Alius de malis p̄latis. alius de malis religioſis ⁊c̄. Cōgregabunt̄ in ꝯgregatione vnius faſcis in lacū ⁊ claudentur ibi in carcere. Eſa. xxiiij. ⁊ erunt ibi in ſecula ſeculorū Melius eis fuiſſet nūq̄ȝ fuiſſe. Dicit chriſtus de iuda Bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet hō ille. Matt. xxvj. Dicit glo. Melius fuiſſet iude oīno non fuiſſe. Poſtmoduꝫ fiet executio de bonis introducendo eos in celū precedentibus angelis cantando ſequentibus omnib⁹ ſanctis. xp̄s vō cuꝫ virgine matre in medio. ⁊ ſic aſcendet. ⁊ quādo tranſibunt videbunt celum lune ⁊ ſolis ⁊ videbunt oculis carnalibus. Idem de pulchritudine celi empirei. vbi inueniāt ſuas cathedras cū nominibus ſuis ⁊ ibi collocabunt̄. quidam i ordinibus angelorum. quidam archangelorū ⁊c̄. Super omnes erit virgo maria. Iuxta illō. Exaltata es dei genitrix ſuper choros angeloꝝ ad celeſtia ⁊c̄. Si eniꝫ quotidie oportet nos tormēta perferre ſi ipſam gehennā paruo tempore tolerare vt chriſtum videre poſſemus in gloria venientē ⁊ ſanctorum eius numero ſociari. Nōne dignum erat pati oīe qō̄ triſte eſt. vt tanti boni tanteq̄ȝ glorie participes haberemur.

¶ Feria tertia poſt primam dominicā

Docebat eos de regno dei. Matt. xxj. Nota difficultas huius thematis eſt ſcire q̄d per regnum dei intelligatur. Pro quo ſciendum ꝙ in ſacra ſcriptura maxime ī nouo teſtamento regnum dei dicitur chriſt⁹ ⁊ hoc triplici ratione.

¶ Primo poſſeſſiue.
¶ Secundo cauſatiue.
¶ Tertio obiectiue

De prima. q̄ꝛ ſicut rex potens pacifice poſſidet regnum ſibi fidele. Ita pater poſſidet filium ſuum chriſtum in ſua humanitate pacifice. q̄ꝛ nunq̄ȝ in ſuo corpore nec in anima habuit rebelliōeꝫ nec inobedientiam ſeu peccatum. Dicit eni ſanctus Thomas. iij. ſcrip. di. xij. q. ij. arti. j. ꝙ ſimpliciter loquendo chriſtus nullo modo peccare potuit. Unde damaſcenus dicit in tertio libro. ꝙ impeccabilis eſt dominus ieſus. poteſt enim chriſtus vt dicit ſanct⁹ Thomas vbi ſupra. tripliciter cōſiderari. ſcꝫ vt viator. vt comprehenſor. ⁊ vt deus. Et omnibus iſtis tribus modis chriſtum conſiderando chriſtus eſt impeccabilis. quod ſanctus Thomas vbi ſupra inductiue pulchre probat ⁊ declarat. Secundo cauſatiue quia chriſtus ex ſua euangelica predicatione et exemplo virtutum ⁊ cōuerſatione erat cauſa vt gentes conuerterentur. Et iō q̄ꝛ deus pater regnat ſuper gētes ſuper quas ante tirannice regnabat lucifer ante. ſ. per quinq̄ȝ milia annos. Tertio obiectiue. q̄ꝛ totū obiectum glorie in regno celeſti vel celo empireo eſt xp̄s vidēdo chriſti diuinitatem que eſt eadem in tribus ꝑſonis. ⁊ eius humanitatem homo eſt glorioſus ⁊ beatus. Dicit enim ſanctus Thomas ꝙ beatitudo ē vt finis quo ē aliquid creatum. non autem vt qō̄ ſiue obiectiue. ſic enim eſt quid increatum. prima ſecūde. q. iij. arti. j. Idem prima parte. q. xxvj. arti. iij. Ecce ratio quare chriſtus dicitur